



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

# CONCIONVM FERIIS SVPPLICATIONVM PVBLICARVM JVSSV ILluſtriſsimi Principis ac D. D. JOHANNIS ADOLPHI in Ducatibus Slesv. Hols.

AD

Tres ante Dominicam Iudica vno interjecto proximos hoc eſt 5. 6. 7. Martij dies indictis habendarum textus:

CVM BREVISSIMA EAque ſimpliciſsima & familiariſsima tractationis diatypoſi:

SVBJVNCTIS COLLEctarum iſtis diebus pronunciandarum formulis.

SLESVIGÆ.
M DC.

LN 593
M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

# CONCIONIS PRIMI DIEI Sciographia.

## Ieremiæ 6. v. 16. 17. 18. 19.

*SIC dicit Iehova: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quænam ſit via bona, & ambulate in ea: & invenietis requiem animæ veſtræ.*

*At dixerunt: non ambulabimus. Conſtitui inſuper ego ſuper vos ſpeculatores: attendite ad vocem buccinæ. at dixerunt: non attendemus.*

*Idcirco audite gentes: intellige congregatio, quæ es inter eas: Audi terra: Ecce ego adduco malum ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius. Quia ad verba mea non attenderunt, & legem meam repulerunt.*

Exordia fidelibus Ieſu Chriſti miniſtris annuente gratia cœleſti partim præſentium temporum conſideratio, partim auditorij ſingulorum ſtatus animadverſio dictabunt commodiſsima, & per quam oportuna.

Habuerit etiam vſum non pœnitendum periodi hujus ſecularis ſeu centenariæ injecta gravis mentio.

Sine

Sine enim ſuperſtitione & fati Stoici opinione magnas temporum revolutiones & mutationes obſervare, recteq; vſurpare, non tantum Chriſtianis licet, ſed & veræ pietatis pars eſt, providentiam divinam etiam in minimis attentè exoſculantis.

Et ſane ſi gentiles maximè vero Romani ineunte novo ſeculo A. V. C. præcipua feſta, ſpectacula, ſacrificia, ludosq; inſtituerunt, quos ſeculares dixerunt. Livius decad. 3. lib. 5. 7. 10. Dec. 5. lib. 5. Ioſephus Scaliger lib. 2. de emend. temp. Horat. lib. 4. Carm. Oda 6. & in fine Epodon:

An non multo convenientius fuerit ſingulos fideles decimum ſextum nunc ( juxta receptum calculum ) ab orbe redempto centenarium ſeu ſeculum numerantes ſeria pœnitentia, ſalutari vitæ emendatione, ardentique invocatione ſedulo ſe inſtruere, atq; ad mala impendentia armare?

Qua de re cum indicti Rogationũ dies nos commonefaciant, commo-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

dè ad hodierni textus doctrinam tranſitus fiat.

Pericopes prælectæ tria conſtitui poſſunt membra in ſuas ſingula particulas in memoria docentis ſubdividenda.

## Primum.

De paterna Dei erga populum Iudaicum adeoq; omnes homines cura, ad ſeriam converſionem & ſinceræ pietatis ſtudium ſingulos ſolicitè & fideliter excitante.

1. Part. Præfatiuncula eſt. *Sic dicit Jehovah.* Attentum Propheta lectorē & auditorem reddit ad diligentem meditationem et obſervationem eorum quæ ſequentur, quia ſcilicet ſit verbum Domini. Hoc primum & immotum Theologiæ & ſacræ ſcripturæ principium eſt. Huic tuto in fide, vita, & vocatione innit licet: Hujus Domini verba omnia & ſingula aperto capite, flexo poplite, humili corde & ſumma reverentiâ accipienda, ijſq; fideli obedientia paren-

rendum. Inſiſte piæ meditationi, atque hinc doctrinas & admonitiones neceſſarias exprime.

2. Quid igitur dicit Dominus? Quid requirit? *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quænam ſit via bona, & ambulate in ea.* Simplex ſenſus eſt: agite pœnitentiam, reſipiſcite et ad ſaniorem mentem vitamq; meliorem redite.

*State ſuper vias.* Relinquite conſuetos mores, diſcedite à vobismetipſis excutite conſuetũ veternum, exuite præconceptas opiniones & perſuaſiones de pietate: certoq; ſtatuite oportere vos diſcipulos Iehovæ eſſe quibus incumbat vel tandem diſcere, quid rectum, quid pravum ſit, quid Deo probetur, quid improbetur.

*Et videte.* Diligenter magnaq; ſolicitudine circumſpicite, & accuratè conſiderate, quid Deus verbo ſuo præceperit.

*Interrogate.* Cum vobis naturâ ignota ſit veræ pietatis ratio, exactè eam in-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

inquirite, & cognoſcite ductu ſcripturæ ab alijs pijs, & rectius in pietatis ſtudio inſtitutis.

*De ſemitis antiquis.* 1. Inquirite ex ſcriptura religionē antiquiſsimam, quæ ſit omnium antiquiſsima colendi Deum recteq; vivendi norma: illa enim extra omnem controverſiam fuerit optima. 2. Patiamini etiam vos commonefieri de majorū veſtrorum pietate, vt & illa vobis calcar ſit ad imitationem.

*Quæ ſit via bona*: Hoc eſt, quæ vivendi ratio Deo probetur, quive cultus ipſi placeant.

*Et ambulate in ea.* Non ſufficiat vobis didiciſſe & cognoviſſe veræ pietatis rationē, ſed eidem inſiſtendum.

Concurſus hic eſt multarum doctrinarum.

Oportet quemlibet hominem de via ſua eſſe certum, quod ea ſit via antiqua bona, hoc eſt, cum verbo Dei congruat, Deoq; verè placeat. Naturâ vero hoc prorſus nos latet. Imo ſunt in contrarium opiniones et

 per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

perſuaſiones pernicioſiſsimæ in cordibus noſtris. Hæ Deo ducente & docente deponendæ ſunt & meliori informationi locus relinquendus. Debentq; ſinguli ardere ſtudio cognoſcendi veritatem cœleſtem, in qua quæ via verè bona ſit ſolum oſtenditur. Diligenter in religione circumſpiciendũ, videndum et interrogandum, vt ſermo Domini in nobis habitet opulenter. Inquirendæ ſemitæ antiquæ, id eſt, pietas vera antiquiſsimo Dei verbo deſcripta. Congruat vita noſtra cum antiquiſſima hac amuſsi, compoſita ad probatam imitationẽ antiquiſsimorum Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum, noſtrorumq; etiam majorum, qui vera religione & ſancta pietate poſteris præluxerunt, quales aliquos vel in medio papatu fuiſſe nullum eſt dubium multo meliores nobis, qui clariſsima Evangelij luce fuimur. Ambulandum in pietate vera jam cognita. Non enim tantum ſcire, ſed & facere Chriſtianorũ eſt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Propoſitus hic eſt latiſsimus piè dicendi campus. Ego in hac brevitate primis labris res delibo, & nervos quaſi oſtendo. Poſſuntq; hæc facile evolvi & ad auditorium accommodari.

3. *Et invenietis requiem animæ veſtræ.* Fructum oſtendit ſive vtilitatem ſtudij nunc deſcripti. Pollicetur duplicem quietem ſeu tranquillitatem. Altera interna eſt conſcientiæ. Quamdiu homo ſine certo Dei verbo ductu proprio fertur, perpetuo errat, & turbata conſcientia ab vna turpitudine ruit in aliam. At ſi quis Spiritu Chriſti veraq; fide ductum Cynoſuræ cœleſtis ſequitur, is invenit, habet, & ſentit conſolationem ſeu refectionem animæ, fruiturq; tranquilla & pacata conſcientia in ſummis etjam aflictionibus, adeoq; morte ipſa. Altera requies eſt externa Reipublicæ & Oeconomiarũ, quod ſcilicet omnia in Republica & familijs fiunt tranquilliora & tolerabiliora vita et moribus ad præſcriptum legis

divi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

divinæ in melius emendatis. Sic enim Domiuus pœnas præſentes et impendentes, ſi non prorſus tollit, ſaltem clementer mitigat, omniaq; ita moderatur, vt cedant converſis in bonum.

Studioſè hic vrgeatur, inculcetur, & applicetur, vbinam ſit vera & ſolida tranquillitas quærenda & invenienda interior & exterior, publica & privata. Immorare.

## Secundum Membrum.

De obſtinata Iudæorum malitia atq; extremo in Deum contemptu.

1. *At dixerunt*, auditores, *non ambulabimus*. Ea eſt proh dolor naturæ humanæ corruptio & deteſtanda malitia, vt non tantum quomodo ſanctè vivendum ſit ignoret, ſed & admonita diſcere, reſipiſcere, & corrigi nolit, mavult enim in vijs ſuis peſſimis maximo ſuo malo, quam in vijs Dei bonis ſumma cum tranquillitate ambulare.

*Non ambulabimus* inquiunt in ſemitis

illis antiquis, ad quas nos revocas. Equidem pauci in Eccleſia videri volunt ita dicere, itáq; non tam ſuo paſtori quam Deo (ideo enim jam jam cognovimus verba eſſe Iehovæ) reſponſare: in receſsibus tamen & penetralibus cordis totaq; vita revera permulti dicunt: non ambulabimus: Wir wollens nicht thun. Da wird nichts auß. Ierem. 18. O præfractam contumaciam. O damnandam audaciam. O abominandam recalcitrationem.

Noverit hic quisq; ſuum auditorium, & ad ſingulos ordines hæc accommodaverit.

2. *Conſtitui inſuper ego ſuper vos ſpeculatores: attendite ad vocem buccinæ.* Amplificatio eſt inſaniæ humanæ. Deus non tantum verbum ſuum clementer conceſsit, ex quo viæ bonæ, in quibus ambulare nos velit, perdiſcendæ: Sed & Prophetas, Doctores & Paſtores ſubinde mittit, qui hoc verbum ſonent, ſingulos de vera converſione erudiant, de modo effugiendi



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

endi iram & pœnas divinas præmoneant, ne quid quod in patre benigniſsimo vllo modo deſideraretur prætenderet humana impietas.

Obſervetur à quo mittantur Eccleſiæ doctores, nimirum à Domino. *Conſtitui inſuper ego.* Quod probè notandum eſt & ipſis doctoribus & auditoribus. Eſtq; Emphaſis in ſingulis vocibus: *Conſtitui*: *Inſuper*: *Ego.*

Quod eſt officium piorum Doctorum? Sunt *Speculatores* ſeu vigiles. Quæ ipſa vox ſimiliter vtiles habet pro vtrisq; commonefactiones.

Excutiatur eiiam Emphaſis vocum *ſuper vos*, quæ ratio loquendi frequens eſt in ſcriptura, admonens paſtores debitæ in gregem commiſſum fidei: & oves obedientiæ erga paſtores ſanctæ.

Idem autem Dominus qui dat vigiles vigiles, jubet eoſdem audiri: *attendite ad vocem buccinæ.* Tribuitur Eccleſiæ miniſtris vox tubæ. Vt tuba ſignum datur hoſtis advenientis & periculi ingruentis, & monetur po-

pulus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

pulus de periculo evitando : Sic pius doctor de ſpecula ſua ex verbo Dei commonefacit de imminentib. pœnis ſtudio omni, vt ea per veram pœnitentiam evitentur. Debetq; miniſter habere vocem tubæ, hoc eſt, vero, pio, debito ac neceſſario zelo officium facere.

3. Quid vero ad hæc auditores? *at dixerunt : non attendemus.* In reliquis vitæ partibus de damno noſtro admoniti, ut plurimum gratiam habemus, & conſilium acceptamus : At in pietatis ſtudio nihil fit minus. Compellet hic quisq; ſuos, & quoties, atq; à quam multis occantetur hoc : *non attendemus*, cum pio affectu demonſtretur, atq; in memoriam præfractis revocetur. Tum vero procul dubio extremæ miſeriæ imminent, cũ ejuscemodi malitia Dei admonitiones ſecurè & præfractè reſpuens graſſatur.

Tertium.

Comminatio eſt pœnæ excepturæ tantam pertinaciam.

Eam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

1. Eam orditur Pathetica gentium & terræ ipſius compellatione. *Idcirco audite gentes: & cognoſce congregatio quæ es inter eas.* Advocat Dominus gentes Iudæis propinquas, easq; hortatur ad conſiderandas has minas de malis impendentibus: q. d. cum populus meus renuat me audire, vos gentes exteras appello, ut & ſciatis & cum ſtupore attendatis, quæ ſint contumaci & petulanti meo populo eventura, & teſtimonium mihi perhibeatis ſatis fideliter & maturè me monuiſſe & præmonuiſſe. Notabile hoc eſt Deum in populo ſuo vindicando hoſtes advocare ſpectatores & teſtes, tantamq; pœnam ingruere, quæ vel ipſis gentibus à Deo alienis admirationi & terrori ſit futura.

Accedit graviſsima Proſopopœia, qua ipſam terram excitat, ut attendat. Quandoquidem populus meus aures obturat, tu ò *terra audi.* Debebant profecto hæc nobis veternum excutere. Similes locutiones alibi etjam extant. Poſſet per ſimilem figuram

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ram pius Eccleſiæ miniſter pruden-
ter & graviter compellare terram,
templa, parietes, ſuggeſtum, ſcabel-
la, &c.

2. Exponitur ipſa comminatio. *Ecce ego adduco malum ſuper populum iſtum, fructum cogitationum ejus.*

Quis author eſt calamitatum quibus humanum genus premitur? *Ecce ego adduco*, inquit Dominus Iehovah. Non igitur tantum inhæreamus conſiderationi cauſarum ſecundarum. Emphaſis explicetur: *Ecce*: *Ego*: *Adduco*.

Vox *malum* ſignificat omnis generis afflictiones & pœnas publicas & privatas, bella, vaſtationes, famem, ſterilitatem, peſtem, morbos, paupertatem, & id genus alia.

*Super populum iſtum.* Non immittit Deus pœnas vago motu: Sed certo decrevit & determinavit & quaſi digito oſtendit, quæ, quando, quibus, quomodo, quamdiu, ſit immiſſurus.

Vocat mala iſta omnia *fructum cogitationum ejus*: Hoc eſt, digna præmia impijs hominum conatibus, quæ nimirum

mirum

mirum ipſi ſuis conſilijs ſuis, ſceleribus et machinationibus attraxerunt. **Es iſt verdient Lohn.**

Singulæ voces ſingulas imo aliquam multas admonitiones habent.

3. Quid vero Deum impellit ad affligendum homines? *Quia ad verba mea non attenderunt, & legem meam repulerunt.* Repetitur & exaggeratur petulans & contumax contemptus verbi legisq; divinæ abjecti. Peccant ſane etjam pij, ſed ex infirmitate, & ita ut nihilominus verè diligant verbum Dei, patiantur ſe de delictis ſuis admoneri, agnoſcant & fateantur ſua peccata, & ſedulo annitantur commiſſos errores emendare. Hos Deus caſtigat quidem, ſed paterna ferula vtitur. Adverſus eos vero, qui contumaciter verbū Dei abijciunt, horribiliter iraſcitur, eosq; niſi reſipiſcant, miſerè perdit. Hic quantum ſcelus, quantumq; læſæ Majeſtatis divinæ crimen ſit, petulanter legem verbumq; ipſius reijcere, neceſſario & ſerio affectu inculcetur, vt vera in ani-

animis contritio & triſtitia ſecundum Deum concitetur.

Ante lectionem Epiſtolæ in ſacris hoc die pronuncietur Collecta.

Wy hebben geſündiget mit vnſen Vedern/ Wy hebben Mißgehandelt vnd ſyn Godtloß geweſen.

O Getrüwe HEre vnd Godt/ gnedige vnd Barmhertige Vader / Wy erkennen dyn Vederlike wolmenende Gemöth jegen vns / dardorch du vns tho der Bote vnd bekeringe ernſtlick vormaneſt/ vnd vns flytich erinnerſt/dat wy na den vörigen wegen fragen / vnd vth dinem Worde lehren ſchölen/ welckes de gude heylſame ſalige vnd dy wollgefellige wech ſy / vp dat wy darinne Wandern / vnd rouwe vor vnſe ſeele finden mögen: Setteſt ock darbeneuen Wechtere auer vns/ dat wy ere ſtemme hören/ vnd vormöge derſüluigen nach dinem beuehl vns beteren. Wy erkennen allerleueſte HEre vnd Godt/ dat wy betherthо vns gantz weigerlick vnd vngehorſam vorholden hebben / dinem rade nicht geuolget / de warning diner Dener by vns nicht gelden laten / vnd dy alſo

genoch-

genochſam vororſaket allerley vnglück auer vns thobringen / vnd jo lenger jo mehr vns wegen dines Torns vnd veeluoldiger ſtraffe befrüchten möten / den ſolckes js vnſe vordenede Lohn / darůmb dat wy vp dyn Worde nicht geachtet / vnd dyn Geſette vorworpen hebben. Erbarm dy auer vns o Barmhertige Vader / vorgyff vns alle vnſe Sünde vnd auertredinge / vorlene vns dinen Hilligen Geiſt / erweke vnd erwecke vnſe herten / dat wy van vnſem mothwillen vñ vngehorſam vphören vnd afflathen / dy vnd dinem Worde nicht wedderſpenſtich ſyn / den guden wech leren / vnd in warem Glouen vnd gehorſam wandern / vp dat wy alſo van allerley vngelůcke Lyues vnd der Seelen entfryet werden / vnd an dy einen Woldedigen hertleuen vader hyr tydtlick vnd dort ewichlick hebben mögen / vmb des vollkamen gehorſams vnd Hilligen Blodes dines leuen Sönes JEſu Chriſti willen / AMEN.

Epiſtolæ loco more recepto legatur textus pro concione explicandus.

Evangelij vice ſit Parabola: Math. 21. Homo erat paterfamilias qui



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

plantavit vineam,&c.ad verba:red-
dent ei fructum temporibus ſuis.

Preces finita concione poſt Litaniam ſingulis diebus his dicendæ.

Rope my an ſprickt de HEre in der tydt der noth /

So wil ick dy erredden vnd du ſchalt my pryſen.

De HEre js na allen de en anropen.

Allen de en mit ernſt anropen.

Gnedich vnd Barmhertich js de HEre/

Gedüldich vnd van groter Güde.

BArmhertige/ getrüwe/allerleueſte Hemmelſche Vader / De du vns in aller jegenwerdigen vnd vörſtanden noth dy anthoropen beuahlen / ock vns vmme dines leuen Söns Jeſu Chriſti willen erhöringe thogeſecht hefft : Wy bekennen dy vnſe veelfoldige dachlike Sünde / darmit wy dinen rechtuerdigen Tohrn vnd allerley ſtraffe tydtlick vnd ewich vordarff gar wol vordenet : Wy bidden öuerſt allerleueſte Godt vnd Vader/ du woldeſt vmme JEſu Chriſti willen vns gnedich vnd Barmhertich ſyn / den woluordeneden Torn lindern vnd affwenden / vnd in diſſen ſorchliken tyden vor allerley vnge-

lücke

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

lücke vnd vnheyl vns behöden. Erholdt O HEre dine Hillige Chriſtlike Kercke / vnd dines Wordes warheit / Beſchütte vnſere Gnedigſte vnd Gnedige Auericheit / ſampt eren Hochwyſen Reden / trůwen Denern / vnd gehorſamen Vnderdanen / Segene dat Huß-Regimente vnd Chriſtlike Kinder Tucht / Behöde vns vor falſcher Lehre / Krych / Peſtilentz / Hunger / Dürer Tydt / Fůres vnd Waters noth / vnd allen wollvordeneden plagen: In dine Vederlike beſchůttinge beuehlen wy vns ſampelick van Herten an Lyff vnd ſeele / Gudt vnd Ehren / vnd allem wat du vns gnedichlick heffſt gegeuen. Sy gnedich O HEre / ſy gnedich / Lath o HEre dyn Angeſichte rycklick auer vns lüchten / dat wy dine Vederlike hůlpe ſehen / vnd mercken / vnd diner gnedigen jegenwardicheit vns jůmmer mögen van herten erfröuwen / vnd dy als vnſen Barmhertigen Godt vnd Vader ewichlick lauen vnd pryſen / dorch dinen einigen Söne JEſum Chriſtum vnſen HEren / AMEN.

Pſalmi ante & poſt Concionem vna cum Litania pro cujuſlibet loci ratione cantentur:

Ach Godt van Hemmel ſüh darin.
Waket vp gy Chriſten alle / ſyth nüchtern alle thogelick.
Idt wolde vns Godt gnedich ſyn.

# CONCIONIS FERIÆ SECVNDÆ delineatio.

## Ieremiæ 14. v. 7. 8. 9.

*INiquitates noſtræ teſtimonium ferunt contra nos Iehova: atqui fac propter nomen tuum: multæ ſunt rebelliones noſtræ quibus contra te deliquimus. Tu ſpes Iſrael: Servator ejus in tempore afflictionis.*

*Quare quaſi peregrinus in terra es? Et tanquam viator qui declinat ad pernoctandum? Quare quaſi vir es obſtupefactus & veluti fortis qui non poteſt opem ferre?*

*Tu autem in medio noſtri es Iehova: & nomen tuum invocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos.*

Depinxit nobis heſterna Concio benigniſsimū cor clementiſsimi Dei tanquam patris propenſiſsimi, ſeriò quęrentis emendationem populi ſui. Quia vero contumax genus humanum



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

num affectui huic pluſquam paterno adverſatur, ſubjuncta fuit comminatio de futuris calamitatibus.

Sequitur hodie verè Pathetica ſerijsq; affectibus pleniſsima precatio, in qua formula pręſcribitur accedendi ad Deum & humili confeſsione et ardenti gemitu iram pœnasq; meritas deprecandi & opem divinam implorandi.

Membrum Primum.

Continet ipſam deprecationem & petitionem.

1. Exordium. *Iniquitates noſtræ teſtimonium ferunt contra nos Iehova.* Compellat triſte & afflictum cor Iehovam. Habet hæc vox ſerium affectum: Ach HErr. Qui affectus rectius corde pio intelligi quam verbis exprimi poteſt. Domine: qui ſic te patefeciſti verbo tuo, quod velis miſereri omnium ad te humiliter in vera pœnitentia & fide confugientium, audi igitur nos & ſuſcipe noſtros gemitus.

*Iniquitates noſtræ teſtimonium ferunt contra nos.* Sentimus in conſcientijs no-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſtris intolerabile onus peccatorum, quæ nos coram te accuſant, & juxta legem tuam juſta ſupplicia poſtulāt. Notatu dignisſima hæc Phraſis eſt: Peccata noſtra reſpondent nobis, ſic vt ad te acceſſuros quodammodo repellant & reijciāt: reclamant enim & reſponſant nobis, nihil eſſe in te paratum nobis præſidij, eo quod tot ſceleribus te offenderimus, offendamusq; quotidie. Peccata teſtimonium ferunt adverſus nos, ſic vt non opus ſit alijs teſtibus de corruptione, flagitijs, indignitate & miſeria noſtra: gerimus enim ipſi indubitatos & locupletes in pectore teſtes. Hæc humilitas vehementer Deo placet, cū ſerio contriti iniquitates noſtras agnoſcimus, & nihil nos niſi pœnam meritos ſponte & vero animi dolore fatemur.

2. Ipſa petitio. *Domine fac*, hoc eſt, audi nos, remitte nobis noſtra peccata & libera nos ab omnibus malis & periculis. Complectitur hæc forma petitionē ſublationis mali & pœ-

næ &

næ & culpæ, omniumq; calamitatũ, quæ alibi fuſius exponuntur, & in publicis precib⁹ noſtris, ipſaq; quam vocant Litania nominatim exprimuntur. Generalis petitio eſt, cui ſinguli ſpeciatim ſuas neceſsitates includere & annectere debent.

Vrgeatur Emphaſis vocum, *Domine fac*. Nam in ipſo ſolo paratum nobis eſt auxilium adverſus omnis generis mala.

3. Subijciuntur rationes petitionis, eæq; maximè nervoſæ & evidentes.

*Propter nomen tuum*. Nomen Dei complectitur ipſius verbum, mandatum, promiſsionẽ & gloriam. Juſsit Deus in ſuo nomine fundi preces. Poſtulat ergo hoc ipſum nomen Dei, vt preces in hoc ipſo nomine fuſas exaudiat. Promiſit Deus in nomine ſuo orantibus exauditionẽ. Poſtulat ergo nominis divini veritas, ut hoc ipſum revera præſtetur. Exigit idem nominis divini gloria, ne à gentibus & prophanis dicatur, Deum vel non poſſe liberare populum ſuum ob impoten-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

potentiam, vel non velle ob invidiam aut hoſtilem averſumq; à ſuis animum.

*Multæ ſunt rebelliones noſtræ, quibus contra te deliquimus*. Secunda ratio eſt ſumpta à ſeria minimeq; hypocritica peccatorũ confeſsione, quæ ſcilicet neceſſario requiritur in ſeria invocatione. Ponderentur ſingulæ voces. *Rebelliones noſtræ:* Fatentur igitur ſe horribiliter deliquiſſe. Rebellio enim ſummus gradus eſt malitiæ. *Multæ ſunt:* non exigua aut pauca ſcelera commiſimus, ſed multa imò infinita. *Quibus deliquimus*, nos quaſi hoſtiliter opponentes, *contra te* Dominum & Deum noſtrum quem modis omnibus revereri, colere, obſervare debebamus.

Exprimamus ſinguli in quotidianis noſtris ad Deum ſuſpirijs talem ingenuam peccatorum noſtrorum confeſsionem. Nam apud judicem hunc juſtum & miſericordem, qui ſe accuſat, excuſat. Amat quippe Deus confitentibus parcere, & eos qui ſemetipſos judicant non judicare. Et rectè

invo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

invocat Deum, qui in omnibus malis quæ patitur ſe accuſat non Deum.

*Tu ſpes Iſrael.* Tertia ratio à fide & ſpe Iſraelitarum ſupplicantium. In te collocavimus omnem ſpem, omnem fiduciam noſtram. Aequum ergo eſt te nobis præſto eſſe, nec permittere ut concepta nos ſpes fallat. Colligantur huc teſtimonia de ſpei in Deum neminem pudefacientis natura & certitudine.

*Servator ejus in tempore afflictionis.* Quarta ratio ſumpta à Dei officio, ut ita loquar. *Servator ejus* Deus eſt ſervator ſeu ſalvator noſter. Sic enim ſe in verbo ſuo paſsim deſcribit. Firma ergo fiducia & plerophoria hoc nomine ipſum appellare & de ſalute compellare poſſumus. *In tempore afflictionis.* Vbi enim deſinit humanum præſidium, ibi incipit divinum auxilium. Et ipſe eſt adjutor in oportunitatibus, rebus ſcilicet omnibus in acie novaculæ conſtitutis.

Diligenter ponderentur & neceſſarijs doctrinis, conſolationibus & ad-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

monitionib⁹ illuſtrentur ſingula. Nec poteſt hic deeſſe materia piorum affectuum mediocriter ſaltem hæc evolventi & ponderanti.

Secundum.

Querela eſt vehementiſsima & ex profundo cordis gemitu profecta, qua Eccleſia in concurſu variarum afflictionum queritur ſe à Deo quaſi relinqui, dum nihil auxilij aut mitigationis ſentit. Exprimit vates hanc querelã aliquot ſimilitudinibus, quibus tentationes piorum in rebus adverſis notãtur, quod Deus vel ignoret noſtra mala, vel ea non curet, vel opem ferre nequeat.

1. *Quare quaſi peregrinus in terra es?* q. d. Tu æterne Deus in ſummis ijsq; perpetuis afflictionibus noſtris perinde te geris, ac ſi non eſſes Dominus & Deus hujus populi et regionis, ſed tanquam peregrinus quiſpiam, qui aliena ceu non ſua nec ſcire deſiderat nec curare ſatagit. Cum enim ſit peregrinus, perinde ipſi eſt, quicunq; ſit terræ ſtatus, quæcunq; fortuna,

tuna, quippe de alieno nihil ſollicitus. Eodem modo tu noſtras adverſitates nec ſcire nec curare videris.

2. *Et tanquam viator qui declinat ad pernoctandum?* Sicut viator qui non habet in regione proprium domicilium, ſed tantum per eam iter facit, etſi videat miſeram eſſe regionis, oppidorum, & hominum faciem, vix tamen iſtis malis valde aut diu afficitur, ſed contentus nocturno hoſpitio craſtina luce rurſus diſcedit: Eodem modo tu Deus benigniſsime ſimulas te viatorem, qui non conſtitueris perpetuo nobis adeſſe aut inter nos habitare, noſtriq; curam indeſinenter agere, ſed velut viator iter tantum facere apud nos & itinere confecto perluſtrataq; regione rurſus abire, ideoq; non attendere, quo loco ſint res noſtræ bonone an malo.

3. *Quare quaſi vir es obſtupefactus & veluti fortis qui non poteſt ſalvum facere?* Sicut in virum etiam fortiſsimum ſubitus metus incidens ipſum obſtupefacit, omnesq; illi vires adimit & infringit, ut

omni

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

omni ſuo robore quaſi orbatus eſſe videatur, rebus ut afflictis opem ferre nequeat: Ita tu qui Deus fortis és & omnipotens perinde nobis appares in ſummis noſtris anguſtijs, ac ſi metu inopinato perculſus potentiam tuam exerere non poſſes.

Egregiæ ſunt planeq; pulcherrimæ hæ picturæ diligenter evolvendæ, in quarum explicatione memoria docentis ad tria potiſsimum intenta ſit.

Primo oſtendatur, quomodo ſoleat Deus interdum ſuam præſentiam & opem in rebus adverſis diſsimulare. Explicetur hoc dictis & exemplis ſacræ ſcripturæ tum quotidianæ ſingulorum experientiæ quo ad ſtatum & publicum & domeſticum ſeu privatum, fiatq; applicatio ad præſentia tempora.

Secundo cauſæ recitentur, quare interdum hos mores & moras Deus induat: Prior meritum noſtrum. Vt enim nos ſæpe diu tergiverſamur & diſsimulamus nos audire verbũ Dei,

quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

quo ad pœnitentiã revocamur, quaſi vel ignoremus, vel nihil ad nos attineat: Dominus viciſsim ad tempus ſimulat ſe noſtras neſcire miſerias, aut eas alienas à ſe exiſtimare, quaſi peregrinus ac viator eſſet in terra noſtra. Et ſicuti nos ad obſequium Deo præſtandum lentiſsimè progredimur: ita viciſsim cunctanter quandoq; rebus noſtris ſuccurrit, ac ſi opem ferre vel non poſsit vel non velit. Altera ut eo modo ad ardentiores preces, ad quas etiam valde torpidi & tepidi, valde tardi & ſegnes ſumus, nos exuſcitet. Illuſtrentur hæ duæ cauſæ propriæ cujusq; conſcientiæ teſtimonio in medium adducto, cum neceſſario affectu.

Tertio. Deſcribitur his picturis ingenij humani natura in lætis ſuperbientis in triſtibus trepidantis, perpetuoq; ſtatuentis, Deum nos dereliquiſſe, alieno eſſe à nobis animo, noſtrasq; res non curare: afferantur exempla, explicenturq; ſigillatim tres illæ tentationes ſupra oſtenſæ, addi-

tis

ditis doctrinis, & admonitionibus hinc emergentibus.

Tertium.

Opponit his cogitationibus veræ fidei conſolationem & precum repetitionem.

1. *Tu autem in medio noſtri es Jehova.* Etſi magnæ noſtræ ſint calamitates, tuq; quaſi abſcondere te à nobis videaris: verè tamen etiam in medio tentationum ſcimus & ſtatuimus te nobis adeſſe & in medio noſtri habitare. Vides, quomodo ſuperandæ ſint tentationes, nimirum indubia fide certo ſtatuentis Deum, vt ut non præſtet auxilium, verè tamen nobis adeſſe. Ea enim eſt fidei plerophoria, ut credat contra ſpem in ſpem, credat, inquam, inviſibilia, ſperetq; dilata, ſolo Dei verbo fulta. Quicquid igitur dictitet ratio, quicquid ſuggerat caro noſtra, quicquid perſuadere conetur Sathan, quicquid oggann iat mundus: perpetuo opponat pia mens vera fide hæc verba: **Du biſt doch ja vnter vns HErr.** Vrgeatur

hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

hæc conſolatio, & ad quos pertineat ſerio & graviter oſtendatur.

2. *Et nomen tuum invcatum eſt ſuper nos*, hoc eſt, à te ſumus denominati, vocamur populus tuus, populus Dei Iſraelis. Hæc verba inprimis oppoſita ſunt illis cogitationibus, quaſi Deus alieno ſit à nobis animo nec agnoſcat nos pro ſuis. Sumus, benigniſsime Deus, populus tuus, à te nomen accepimus, fieri igitur non poteſt, ut auxilium tuum vel tandem nobis neges.

Serviat hæc vox doctrinæ. Oſtendatur enim hic qui fiat, & unde hoc ſit, quod de nomine Dei nuncupemur, quodq; audeamus gloriari nos de nomine Iehovæ dictos, & populum Dei appellari. Nulla poteſt hac gloria gloria eſſe major, nec titulus hoc titulo dignior aut auguſtior ullus.

Serviat hæc vox conſolationi. vbi enim de eo ex ſcriptura certo conſtiterit, nos verè de nomine Dei dictos, Deumq; nos agnoſcere pro populo

ſuo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſuo, jam reſponſum eſt ſufficienter omnibus tentationibus, quæ cor hominum verè pœnitentium & converſorum impugnare poſſunt.

Serviat hæc vox admonitioni. Si enim ſumus populus Dei, à Deo dicti, ſi hac conſolatione vti frui volumus, oportebit etiam huic tam auguſto titulo reſpondere, & huic eminentiſsimæ excellentiæ & excellentiſsimæ eminentiæ ſatisfacere, hoc eſt dignè Deo, qui de ſuo nomine indigetare nos dignatur, ambulare, ſeu vitam Deo noſtro dignam degere.

Serviat hæc vox redargutioni impietatis multorũ etiam in medio Eccleſiæ. De nomine Dei gloriamur, populum Domini nos eſſe clamitamus, Chriſti nomen profitemur, verbum autem voluntatemq; ejus poſtponimus ſervientes carni noſtræ, Sathanæ, mundo: an non igitur pudere nos debeat, quod ſub tegumento nominis divini nihil minus quam quod divinum eſt exequimur? quo ipſo non Deo tantum illudimus, peſſiméq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſiméq; nobis conſulimus, ſed & cauſa ſumus ut nomen Dei propter nos blaſphemetur ſeu contumelia afficiatur.

Habet pius & prudens Eccleſiæ doctor hic cauſam & materiam tum piè pios erigendi, tum ſerio præfractos increpandi, prout viderit auditorum ſuorum diverſitatem hoc expoſcere.

3. *Ne derelinquas nos*. Repetitio eſt petitionis. Deus ſane replet cœlum & terram: Omnia ſcilicet ſuſtentans & gubernans. In ipſo enim ſumus vivimus ac movemur. Dicitur autem derelinquere hominem cum ſubtrahit Spiritum ſuum, conſolationem, gratiam, cum non reſpicit populum ſuum, non opem fert, &c. Orat igitur Eccleſia duo. 1. Ne ſubtrahat Deus gratiam internā ſpiritus ſui, ſed pergat clementi vultu nos intueri & lumine ſuo nos illuſtrare & exhilarare. Quod ni fiat vel in extremam deſperationem, vel abominandam ſecuritatem hominem ruere neceſſe eſt.

2. Vt opem ferat rebus afflictis, &



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

nobis clementer benedicat. Niſi e-
nim Dominus ædificet domum, fru-
ſtra laborant qui ædificant eam: niſi
Dominus cuſtodiat civitatem, fru-
ſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Frequens eſt in ſcriptura præcipuè
vero in Pſalmis hæc petitionis itera-
tio: ne derelinquas me. Frequens et-
jam imo perpetua eſſe debet in cor-
de & ore noſtro: mane nobiſcum
Domine, quoniam adveſperaſcit.

Neq; vero dubitemus hujuſmodi
noſtra ſuſpiria clementer à Deo ex-
audiri. Promiſit enim ſe converſis
perpetuo adfuturum. Demus inte-
rim operam, ne ipſum à nobis repel-
lamus, aut fugemus, quod fit contu-
maciter & pertinaciter transgredi-
endo legem ipſius. Tum enim ſe à
nobis abiturum paſsim in ſcriptura
comminatur.

Relinquantur hic ſub finem ſtimu-
li ad veram pietatem vitæq; emen-
dationem.

Collecta ante lectionem
Epiſtolæ.

HEre

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

HERE handele nicht mit vns na vnſen Sůnden.

Vnd vorgelde vns nicht na vnſer Miſſe-dådt.

O Allmechtige/Rechtferdige HERE vnd GOdt / wy kamen mit vnſerm demödigen Gebede vnd thoſchlagenen Herten vor dyn Hillige Angeſicht / in vnſerm grothen jammer vnd elende: Wy bekennen van herten vnſere veelfoldige Sůnde vnd Auertredinge / vnſe Miſſedådt hebbent jo vordenet/ dat du vns mit allerley Straffen tho Huß ſochſt: Wy bidden öuerſt van Herten / wes vns gnedich vnd Barmhertich / vmme des einigen Middelers Jeſu Chriſti dines leuen Sönes willen / vorgyff vns vnſe Sůnde/ Help doch o HErr in vnſer noth vmb dines Namens willen/ vnſe vngehorſam is groth/ darmit wy wedder dy geſůndiget hebben/ wy gelöuen öuerſt feſtichlick dinem Worde / du werdeſt nicht mit vns in dat Gerichte gahn/ vnd nicht mit vns handelen na vnſen Sůnden / ſondern dy gnedichlick auer vns erbarmen / vnd vns endtlick dine hůlpe bewyſen. Du biſt jo allein vnſe Troſt vnd vnſe einige Nodthelper o getrůwe Vader: Worůmme



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

vorbergeſtu alſo dyn Vederlike Angeſichte vnd gnedige hůlpe? Worůmme ſtelleſtu dy als wereſtu ein Gaſt im Lande / vnd als ein frömder de men auer Nacht darinnen blifft? Worůmme ſtelleſtu dy als ein Heldt de vorzaget js / vnd als ein Reſe de nicht helpen kan? Lindere dinen Tohrn / wende aff de woluordenden ſtraffe / ſtelle dy nicht ſo frömt vnd hart / bewyſe vns dine jegenwerdicheit vnd hůlpe: Du biſt doch jo manck vnd by vns HErre na diner gnedigen vorhetinge vnd thoſage: Wy ſint na dinem Namen genömet vnd heten dyn Volck: Darůmme vorlate vns nicht an Lyff vnd Seele / Sondern ſy by vns / wane by vns / im Geiſtlichen Weltlichen vnd Hußregiment / ſy vnd blyff jo vnſer Godt vnd Vader hyr tydtlick vnd dorth ewichlick / Dorch dinen leuen Söne vnſen waren gnadenthron Jeſum Chriſtum AMEN.

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium Luc. 13. ab initio capitis ad verba: Sin autem, in futurum ſuccides eam.

Poſt Litaniam repetantur preces ſupra poſitæ: Barmhertige / etc.

Can-

Cantentur hoc die Pſalmi.

Vth deper noth ſchye ick tho dy.
Erbarm dy miner O HEre GODt.
Godt de Vader wahn vns by.

# LECTIO TER-TII DIEI.

## Ieremiæ 7. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

*HOC eſt verbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Iehova dicendo: Sta in porta domus Iehovæ & prædica ibi verbum iſtud & dic: audite verbum Iehovæ omnis Iuda, qui ingredimini per portas iſtas, ut adoretis Iehovam. Sic dicit Iehova Zebaoth Deus Iſrael.*

*Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij dicendo: Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Veruntamen emendando emendate vias veſtras, & ſtudia veſtra, ut faciendo faciatis judicium inter virum & proximum ejus: Advenam, pupillum & viduam non opprimatis, & ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto: & poſt Deos alienos non eatis veſtro malo.*

*Tunc habitabo vobiſcum in loco iſto in terra, quam dedi patribus veſtris à ſeculo & uſque in ſeculum.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Peccatorum agnitionem & confeſsionem, veniæ petitionem, culpæ & pœnæ deprecationem, excipere debet neceſſarioq; conſequi ſeria vitæ emendatio. De illis hactenus: de hac homilia hodierna.

Membrum Primum.

Præparatio eſt ſeu præfatio.

1. Autor hujus concionis. *Hoc eſt verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Iehova, dicendo.* Eſt igitur hæc lectio verbum æterni & omnipotentis Dei.

*Hoc eſt verbum.* Idem verbum quod Deus Ieremiæ propoſuit, idem ille ad populum retulit, idem hodie nobis explicatur, non aliud, ſed hoc illud ipſum. Nota. *Quod factum eſt ad Ieremiam à Iehov, adicendo.* Dominus non tantum patefacit ſe Ieremiæ, ſed & ipſi verba dictat uſurpanda. Urgeantur ſingulæ voces. Nihil in ſcriptura ſupervacuum. Excitetur attentio, reverentia & ſtudium obedientiæ. In primis vrgeantur nomina, quæ hoc loco Deo adſcribuntur. Vocatur *Iehova* Ens ſeu numen per ſe ſubſiſtens, cauſa

ſa omnis ſubſtantiæ, à ſe exiſtens, in ſe exiſtens, per ſe exiſtens, perpetuo ſine principio & fine exiſtẽs. Et paulò poſt: *Dominus exercituum*, cui ſcilicet omnes creaturæ militant, quiq; eas habet in ſua manu, ut nutu ſuo eas dirigere & gubernare, ad defenſionem eorum quorum vult adhibere, eaſdemq; ad vindictã emittere poſſit. Vocatur *Deus Iſrael*, qui ſe populo Iſraelitico patefecit, illum ſibi proprium & peculiarem populum elegit: quod utrumq; de nobis etiam verum eſt. Debent ergo ſinguli hunc Deum, hunc Iehovam, hunc Dominum exercituum, hunc Deum ſuum audire & revereri.

2. In quem finem patefecerit Dominus hoc ſuum verbum Ieremiæ? *Sta in porta Domus Iehovæ & prædica ibi verbum iſtud.* Vult Dominus verbum ſuum populo prædicari. Non enim patefacit ſuam voluntatẽ ut occulta maneat aut celetur, ſed ut propaletur, univerſoq; hominum generi intimetur & innoteſcat. *Sta in porta domus*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

*Iehovæ.* Vult Deus verbum ſuum proponi loco publico, ubi populus ſolet frequentiſsimus eſſe dum ingreditur templum Domini. Non in angulo quod faciunt ſpiritus lucifugæ. Sed in portis, hoc eſt, publicis hominum conventibus. Quemadmodũ Chriſtus in paſsione dicit ſe in publico coram mundo docuiſſe, idemq; Apoſtolis præcepit. Habet & hæc doctrina ſuum uſum. *Et prædica ibi* clara & perſpicua voce, ut exaudiri & intelligi poſsis: ne muſsites, nec generalitatibus aut verbis ambiguis rem involvas. *Verbum iſtud* quod ego tibi dicto de pœnitentia ſerio agenda, etſi naturæ humanæ ſit adverſum & inimicum, tu tamen de verbo meo nihil auferas, nihil addas, nihil immutes.

3. Quibus proponendum ſit hoc verbum ut audiatur, *Et dic: audite verbum Iehovah omnis Iuda, qui ingredimini per portas iſtas, ut adoretis Iehovam: Sic dicit Iehova Zebaoth, Deus Iſrael.* Vult Deus verbum ſuum proponi omnibus &

ab

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ab omnibus audiri. *Audite verbum Domini.* Vox audiendi ſermone ſcripturæ ſignificat non tantũ auditum aurium, ſed & attentionem cordis. *Omnis Iuda* quotquot nimirum pertinetis ad regnum Iuda, cujuscunq; ſitis vel conditionis vel ſtatus, vel ætatis,&c. Nota & applica: verbum Dei æquè concernit omnes homines neq; eſt hoc reſpectu ullum apud Deum hominum diſcrimen: vt enim Dominus eſt omnium, omnium creator, conſervator, redẽptor, judex, omniumq́; curâ tangitur: ita ſine diſcrimine quid ab ijs fieri velit omnibus & ſingulis præſcribit. Faceſſant igitur nonnullorum perſuaſiones, quaſi nihil ad ſe pertineant conciones pœnitentiæ, verum inferiores ordines tantum ſpectent. *Qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominum.* Eſt in his verbis partim reprehenſio hypocriſis, partim ad ſerio auſcultandũ argumentũ. Vos ingredimini per portas has ut adoretis Dominum. Videri vultis, quod ſerio ſerviatis vero

 Deo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Deo, & ipſum ex animo colatis: atq; in hunc finem aggregatis vos ad cœtum publicum, convenitis in templo, quaſi ſincera pietas vobis eſſet cordi. Videte igitur ne ex hypocriſi potius et conſuetudine, quam ſerio pietatis ſtudio hoc à vobis fiat. Et quia per portas Domini in domum Domini ingredimini, ut adoretis Dominũ, audite etiam verbum Domini. Eo enim extructum eſt hoc templum, eo deſtinati ſunt hi conventus, non vt tantum pro more adſitis & ſacrificijs vos præſentes ſiſtatis, ſed ut inprimis atq; ante omnia voluntatem Dei ex verbo ipſius agnoſcatis, eamq; ſerio atq; ex animo exprimere ſtudeatis. Aliâs enim vobis iſta corporalis & externa præſentia in templo in majorem damnationem cedet. Fiat applicatio ad noſtros ſeria.

## Secundum.

Eſt ipſa concio Iehovæ.

1. In genere Dominus vitæ emendationem requirit dicens: *Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra*, hoc eſt, agi-

te

te pœnitentiam, deſiſtite à peccatis, ſerio reſipiſcite, relinquite ſacra Idololatrica et alia ſcelera, et ſincera fide Deum colite, piéq; vivite. *Via* hominis ſignificat tum vitam tum vocationem. *Studia* ſignificant eiuſdem conſilia, molitiones, conatus, &c. Sunt hæc omnia propter corruptionem humanæ naturæ mala: Quod ſi accedat actualis contumacia multiplicatur peccatum. Vult igitur Deus corrigendas eſſe has vias malas & ſtudia prava: quibus pauciſsimis vocibus totam doctrinam de vera pœnitentia complectitur, quam hoc loco pij doctores breviter attingere debent, ut videant auditores quomodo emendari ſeu bonæ fieri poſſint viæ noſtræ & ſtudia noſtra. *Et habitabo vobiſcum in loco iſto.* Promiſsio eſt converſis propoſita: Sed de hac paulo poſt.

2. Occurrit vano Iudæorum errori, quo, perſuadentibus nimirum ſic falſis doctoribus alijsq; hypocritis & adulatoribus, ſibi ob ædem Domino

ſacram

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſacram ſecuritatem & à pœnis immunitatem promittebant. *Nolite confidere in verbis mendacij dicendo: Templum Domini, templum Domini, templum Domini.* q. d. Novi eſſe qui has cogitationes falſas & mendaces vobis ſubijciant: Scio etiam vos fidem illis adhibere. Pollicemini enim vobis, licet in peccatis veſtris perſeveretis, non modo impunitatem, ſed & ſummam eamq; perpetuam felicitatem, ex eo quod habeatis apud vos templum meum, mandato meo extructum, in quo legatur verbum meum & fiant ſacrificia à me mandata. Ideoq; exiſtimatis fieri non poſſe, vt vel proprium templum meum aboleri, vel vrbem vel terram veſtram vaſtari permittam. At nolite his verbis confidere: verba ſunt mendacij, vaniſsimæ ſunt iſtæ conſolationes, falluntur & fallunt iſta qui perſuadere vobis contendunt. Non enim ſic ad hoc templum me alligavi, ut propter illud veſtram impietatem, veſtra ſcelera ferre vel velim vel poſsim. Neq; pro-

pter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

pter hoc templum impios exaudiam, neq; impœnitentium ſacrificia propter hoc templum quod in eo fiant acceptabo: neq; Rempublicam vrbem & regionem & regnum hoc ſervabo, propter hoc templum ſi vos in malitia veſtra perrexeritis: deponite ergo vanam hanc perſuaſionem, aliudq; conſilium capite.

Eſt & hæc commonefactio cùm primis neceſſaria etiam noſtris hominibus. Semper enim invenit ingenium humanum effugium aliquod, quo ſe tutum à pœnis futurum confidit & ſuperbè gloriatur. Sic jactamus hodie nomen Eccleſiæ, nomen Chriſtianorum, verbum Dei, Biblia atq; alia hujuſmodi, imo ſunt qui gloriantur de dignitatibus, familia, genere, officio, potentia, opibus, fœderibus &c. Accommodet ſe quisq; ad ſuos auditores.

Contra has inaniſsimas & vaniſsimas, imo & impijſsimas perſuaſiones diligenter notetur & graviter inculcetur admonitio Domini, qui dicit



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

cit ejuſmodi cogitationes eſſe verba mendacij, quibus non ſit fidendum. Tranſeatur hic per ſingulos ordines & contra hujuſmodi nugaciſsimas nugas animi muniantur.

Adſcribo nonnulla ex D.D. Pomerano ad phraſin: *In verbis mendacij.* Non eſt templum Domini, quando populus propter quem templum eſt, non eſt Domini per infidelitatem. Non ſunt bona opera coram Deo, quando faciens non eſt bonus fide erga Deum, ſed potius contemptor verbi Dei. Et paulo poſt loquens de Evchariſtia: Si in ſola corporis & ſanguinis Chriſti ſumptione confidis, & es neglector Evangelij, aut non agis pœnitentiam ab errore patefacto, aut à mala vita, jam non ſalutem ſed judicium tibi manducas & bibis, ut ait Paulus. Noli ergo ſeduci verbis & cogitatione mēdacij. Templum quidem eſt Dei, Sacramentum quidem eſt Chriſti, ſed probet ſe ipſum homo qua fide ſit erga Deum. Quid hæc miraris de Sacramento?

Ne

Ne Deus quidem eſt tibi Deus, ne Chriſtus quidem eſt tibi Chriſtus, niſi fide ſuſcipias. Iohan. 1. Hæc Pomer.

3. Quid igitur conſilij capiendum, ut Deum præſentem & propitium habeamus? Reſpondet Dominus: *Veruntamen emendando emendate vias veſtras & ſtudia veſtra, ut faciendo faciatis judicium inter virum & proximum ejus, advenam pupillum & viduam non opprimatis, & ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto, & poſt Deos alienos non eatis veſtro malo.* Explicatur his verbis evidentius pauloq; magis in ſpecie quæ attendenda ſint ut divinũ auxiliũ nobis polliceri poſsimus. Nam poſt ſeriam & geminatione verbi emendãdi roboratam repetitionem generalis admonitionis ſupra poſitæ: *Veruntamen emendando emẽdate vias veſtras & ſtudia veſtra*: tùm affirmativè tum negativè rem exponit. Ubi ſciendum per Synecdochen comprehendi hoc loco reliquas etjam virtutes & bona opera quibus ſtudendum, & peccata ſeu vitia à qui-

quibus abſtinendum: Quæ Synecdoche pro auditorum diverſitate evolvenda in ſingulis fuerit.

Affirmativè: *Vt faciendo faciatis judicium inter virum & proximum ejus.* Germanica verſio generalius hoc effert. Latinam in primis ad officium magiſtratus digitum intendere patet.

Transferatur igitur hypotheſis ad theſin, & theſis per hypotheſin explicetur, & oſtendatur tum generaliter quomodo judicium ab omnibus ſit faciendum: tum in ſpecie in ſingulis ſtatibus pro cujuſlibet vocationis ratione. Quo confecto deinceps juxta ordinem decalogi de reliquis etiam bonis operibus, quibus operam dare vitam ſerio emendaturi debent, dicatur.

Negativè. 1. *Advenam pupillum & viduam non opprimatis.* Pertinet & hoc ad officium magiſtratus, tum in genere ad omnes homines. Nihil vulgarius eſt, quam injuriam facere advenis, pupillis, viduis & id genus alijs hominibus miſeris, tenuibus, pauperibus.

bus. Peculiariter igitur ejuſmodi perſonas miſerabiles Deus nobis commendat, erga quas viſcera miſerationum exercenda ſunt. Viderit hic pius doctor quid ſui auditorij neceſsitas efflagitet.

2. *Et ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto.* Reſpicit Dominus ad mores iſtius ſeculi. Impij enim Iudæi, tum ſummi, tum infimi, non admittentes ſalutares ſanctorum prophetarum & aliorum piorum admonitiones, non tantum varijs modis eos perſequebantur, ſed & vitæ eorum inſidiabantur. Horrendum hoc eſt peccatum, cui ſimile perpetrant omnes illi, qui alios ob veritatis confeſsionem, ob muneris fidelitatem, ob vitæ innocentiam, aut alias cauſas pias oderunt, perſequuntur & injuria afficiunt. Quid vero hodie vulgarius?

3. *Et poſt Deos alienos non eatis veſtro malo.* Prohibitio eſt Idololatriæ. Non autem exiſtimandum eſt tam craſſos fuiſſe Iudæos, ut Dijs gentilium ul-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſive creaturæ ſacrificare aut ſervire videri voluerint, quin jactitabant ſe iſta omnia vero Deo præſtare & exhibere. Nihilominus tamen ipſe Deus hos cultus præter & extra verbum ſuum ſuſceptos vocat ambulare poſt Deos alienos. Transferatur hypotheſis ad theſin. Dij alieni ſunt non tantum ficta Ethnicorum numina, & ſtatuæ ac imagines quæ coluntur, ſed in genere omnia, quæ æquè imo plus amamus & timemus quam verum Deum quibusq; magis quam unico Deo confidimus. Explica & applica.

His negativis ſeu prohibitionibus addantur reliqua etiam juxta ordinem decalogi prohibita vitia, atq; ut ab ijſdem homines deſiſtant ſedulo moneantur pro ordinum ſtatu & ratione.

Quod vero addit: *Veſtro malo*: oſtendit fructum ſeu effectum Idololatriæ & aliorum peccatorum. Videntur homines bellè ſibi conſulere ſuisq; commodis ſervire, ſi ad nutum volun-

lun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

luntatis ſuæ vivant, & ductum pravorum affectuum ſequantur, ſibiq; in eo mirè placent: Oſtendit autem Dominus homines his ipſis ſibi exitium afferre, & magno ſuo malo ſibi indulgere.

## Tertium.

Promiſsio eſt præſentiæ Dei propoſita ſerio reſipiſcentibus. *Tunc habitabo vobiſcum in loco iſto in terra, quam dedi patribus veſtris à ſeculo & uſq; in ſeculum:* hoc eſt, ſemper vobiſcum ero, concedam vobis omnis generis terrena & ſpiritualia bona, exaudiam preces veſtras, vos umbra alarum mearum tuebor, & benignè protegam, ex periculis liberabo, & tandem propter filium Meſsiam cœleſti beatitudine donabo.

Hic pro ratione temporis de fructu veræ converſionis & ſeriæ pietatis dicatur, atq; ita ſub concluſionem harum feriarum animi veris ad pietatem ſtimulis imbuantur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Godt ſy vns gnedich na diner Güde/
Vnd vordelge vnſe Sünde na diner
groten Barmhertigheit.

BArmhertige Godt/ güdige Vader/ Wy dancken dy van Herten / dat du vns dyn Wordt gegeuen / vnd dardorch dinen Gödtliken willen geapenbaret hefſt / wat du van vns förderſt / wat wy dohn vnd laten ſchölen. Vorlehne o HEre Hemmelſche Vader/ dat ſolck dyn Wordt nicht vmbſonſt tho vns geſchehe vnd geprediget werde in dinem Huſe: Sondern wy alle mit ein ander / ein jder an ſinem orde / Hoge vnd Neddrige/ datſüluige andechtlichlick hören/ warhafftich tho Herten nehmen/ vnd vns ſtedichlick darna in gantzem Leuende vnd Ampte vorholden / Help o HEre ewiger GOdt / dat wy vnſe Leuendt vnd weſendt na dinem willen vnd wolgefallen beteren: Behöde vns jo/ dat wy vns vp kein dinck wedder dyn Wort vorlaten / vnd vns nicht mit vorgefflikem wahn ſulueſt bedregen / vnd darauer in vnbothuerdigem Leuende beharren / Sondern



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

vnſe ſündtlike Leuendt vnd vordoruene weſent van Herten vnd mit ernſte beteren / dat wy recht dohn einer jegen dem andern / vnd vns aller andern Dögeden vnd guden wercken / de du van vns in dinem geſette erfördert / befliytigen / inwendich vnd vthwendich / im Herten / Begerden / Gedancken / Worden vnd wercken / jegen dy dem HEren vnſerm Gade / vnd vnſerm Negeſten : Regere vns dorch dine gnade / dat wy vns nicht wedder dy vorſündigen / den Frömbdelingen / Weiſen vnd Wedewen keine gewaldt dohn / nicht vnſchüldich Blodt vorgeten / nicht andern Södern volgen / edder dergeliken etwas tho vnſerem egenen ſchaden dohn / dat du vns in dinem Worde vorbaden / vnd tho ſtraffen gedröuwet hefſt : Vorlehne dat allein dyn Wordt de Lüchte vnſer Vöthe vnd Richteſchnor vnſes ganzen Leuendes krefftichlick ſyn vnd blyuen möge / vp dat du alſo diner gnedigen thoſage na by vns waneſt / vns erhöreſt / beſchütteſt vnd ſegeneſt / vnd nah diſſem bedröueden Leuende tho dy nemeſt in de ewige frömde / vmme dines leuen Sönes JEſu Chriſti willen / Amen.

Epiſt-

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium Luc. 15. Parab. de ove & dragma perditis: incip. Ait ad illos Parabolam: fin. Ait autem: Homo &c.

Repetantur & hoc die poſt Litaniam preces ſuperiores.

Barmhertige / etc.

Pſalmi.

Vader vnſe im Hemmelryck.
O HEre GOdt begnade my.
Allein tho dy HERR JEſu Chriſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

dus.

rab. de
ip. Ait
autem:

poſt Li-

Eſu Chriſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Her slutter LN 593

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°